BENEDICTUS REGUARDATUS DE NURSIA · DE BALNEIS PUTEOLANIS · CINCIUS ROMANUS
Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478 Seite 103v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



in corpore ferrum extrahit. podagricis mirabiliter ꝯfert
si fracta loca non fuerint. Hoc ut antiqui scribunt
imperatorum balneum fuit **De balneo giborosi**

Obmittendum non est balneum giborosi sic dictum, quia
forma hedificij sui desuper ad modum gibi elevata
erat. hec aqua salvifica, ad quam per gradus descenditur,
lapides, arenulas, pilos vel humores impedientes uri-
nam a renibus trahit. ilia ꝯponit. vesicam aperit,
nec melior salus renibus reperitur. dolorem matricis
removet. fluxum sanguinis in mulieribus stringit,
et adiuvat membra quolibet morbo gravata **De balneo**

Venient antiqui quod hoc balneum epus quidam **fontis epi.**
refecerit, et ideo fons epi dicitur. vel quia aqua prelati
magis utuntur, qui propter ciborum et quietis habundanciam
plus podagrizant. Confert eis mirabiliter arteticis
podagricis, doloribus iuncturarum, et cuilibet generi
podagrarum. **Balneum de fatis**

Ostenditur per aliquot passus balneum de fatis sic dictum,
quod noviter fato repertum est, vel propter pulcritudinem operis
quo testudo eius elaborata est, hoc nomen acceperit. Aqua
ista perspicua roborat stomacum, provocat appetitum,
nauseam removet. podagricis multum ꝯfert. per omnibus
autem aquis extrahit ferrum absconsum in corpore,
et omnia membra exhilarat. **De balneo bracule**

Recipit nomen bracula ab humilitate seu depressione
et rotunditate loci. hec prestantissima aqua grossas
fauces subtiliat. raucam vocem sincerat, dolorem

p renibus

p podagricis.